

The Electronic *Compendium moralium notabilium* Project
(<https://compendium-project.wlu.ca>)

29 quotations attributed to Virgilius in the *Compendium moralium notabilium*
(from *Epytoma sapientie*, Venice, 1505)

Pars 1, Liber 1, Rubrica 42: De falsis opinionibus contrariis christiane religionis cognoscendis et damnandis in libris vsualibus christianorum (fol.14vb):

Virgilius in bucoliciis egloga 10. **Omnia fert etas animum quoque.**

Omnia fert aetas, animum quoque; saepe ego longos / cantando puerum memini me
condere soles: / nunc oblita mihi tot carmina; vox quoque Moerim / iam fugit ipsa; lupi
Moerim videre priores.

Publius Vergilius Maro, *Ecologiae siue Bucolica*, 9 (O. Ribbeck, 1859, pp.55-6, ll.51-54).

Pars 1, Liber 2, Rubrica 4: De felicitate et beatitudine et summo bono (fol.17rb):

Uirgilius in georgicis: **Felix qui potuit rerum cognoscere causas. Atque metus omnes: et inexorabile fatum. Subiecit pedibus strepitumque acherontis auari.**

felix, qui potuit rerum cognoscere causas, / atque metus omnis et inexorabile fatum / subiecit pedibus strepitumque Acherontis auari.

Publius Vergilius Maro, *Georgica*, 2 (O. Ribbeck, 1859, p.141, ll.490-492).

Pars 1, Liber 2, Rubrica 5: De tranquillitate et bona vita et non bona (fol.18ra):

Uirgilius in georgicis. **O fortunatos nimium sua si bona norint Agricolas: quibus ipsa procul discordibus armis. Fundit humo facilem victum iustissima tellus.**

O fortunatos nimium, sua si bona norint, / agricolas! quibus ipsa procul discordibus armis
/ fundit humo facilem victum iustissima tellus.

Publius Vergilius Maro, *Georgica*, 2 (O. Ribbeck, 1859, pp.138-9, ll.458-460).

Pars 2, Liber 1, Rubrica 4: De innocentia (fol.26va):

Uirgilius eneide libro 7. ante medium: **Mille nocendi artes.**

tu potes unanimos armare in proelia fratres / atque odiis versare domos, tu verbera tectis /
funereasque inferre faces, tibi nomina mille, / mille nocendi artes.

Publius Vergilius Maro, *Aeneis*, 7 (O. Ribbeck, 1862, p.26, ll.335-338).

Pars 2, Liber 4, Rubrica 13: De pace et concordia (fol.46ra):

Uirgilius eneide libro 11. circa medium: **Pacem laudate sedentes.**

‘immo’ ait ‘o cives’ arrepto tempore Turnus, / ‘cogite concilium et pacem laudate sedentes: illi armis in regna ruunt.’

Publius Vergilius Maro, *Aeneis*, 11 (O. Ribbeck, 1862, p.266, ll.459-461).

Pars 2, Liber 6, Rubrica 12: De audientia et contumacia (fol.58ra):

Uirgilius eneid libro 4. ante medium. **Ocius omnes / Imperio leti parent: ac iussa facessunt.**

ocius omnes / imperio laeti parent ac iussa facessunt.

Publius Vergilius Maro, *Aeneis*, 4 (O. Ribbeck, 1860, p.214, ll.294-295).

Pars 2, Liber 6, Rubrica 15: De vulgari seu famosa asseueratione (fol.58vb):

Uirgilius eniede libro 4. circa principium. **Fama malum: quo non aliud velocius vllum / Mobilitate viget: viresque acquirit eundo. / Parua motu primo: mox sese attollit in auras / Ingrediturque solo: et caput inter nubila condit.**¹ Libro 7. ante medio et in 3. et in 8. **Fama volat.**²

1. Extemplo Libyae magnas it Fama per urbes, / Fama, malum qua non aliud velocius ullum: / mobilitate viget, viresque acquirit eundo, / parua metu primo, mox sese attollit in auras / ingrediturque solo et caput inter nubila condit.

Publius Vergilius Maro, *Aeneis*, 4 (O. Ribbeck, 1860, p.206, ll.173-177).

2. fama volat, furiisque accensas pectore matres / idem omnis simul ardor agit nova quaerere tecta: / deseruere domos, ventis dant colla comasque / pampineasque gerunt incinctae pellibus hastas.

Publius Vergilius Maro, *Aeneis*, 7 (O. Ribbeck, 1862, p.30, ll.392-394, 396).

Pars 3, Liber 1, Rubrica 2: De experientia (fol.61rb):

Uirgilius eneide libro 11. ante medium sat. **Experto credite.**

stetimus tela aspera contra / contulimusque manus: experto credite, quantus / in clipeum
adsurgat, quo turbine torqueat hastam.

Publius Vergilius Maro, *Aeneis*, 11 (O. Ribbeck, 1862, p.254, ll.282-284).

Pars 3, Liber 4, Rubrica 7: De cura et intentione animi et negligentia (fol.72vb):

Uirgilius in georgicis. **Labor omnia vincit. / Improbus et duris vrgens in rebus egestas.**

labor omnia vicit / improbus et duris vrgens in rebus egestas.

Publius Vergilius Maro, *Georgica*, 1 (O. Ribbeck, 1859, pp.78-9, ll.145-146).

Pars 3, Liber 4, Rubrica 8: De labore oportuno et torpore seu mollitie (fol.73vb):

Uirgilius in georgicis. **Labor omnia vincit / Improbis: et duris vrgens in rebus egestas.**

labor omnia vicit / improbus et duris vrgens in rebus egestas.

Publius Vergilius Maro, *Georgica*, 1 (O. Ribbeck, 1859, pp.78-9, ll.145-146).

Pars 4, Liber 1, Rubrica 1: De temperantia et modestia modo atque nimietate (fol.85va):

Uirgilius eneide libro 10. circa medium. **Nescia mens hominum fati sortisque future. / Et seruare modum rebus sublata secundis.**

nescia mens hominum fati sortisque futurae / et servare modum, rebus sublata secundis!

Publius Vergilius Maro, *Aeneis*, 10 (O. Ribbeck, 1862, p.206, ll.501-502).

Pars 4, Liber 1, Rubrica 9: De serotinis et tempestiuis (fol.88va):

Uirgilius eneide libro 2. circa medium. **O socii qua prima inquit fortuna salutis. Monstrat iter: quaque ostendit se dextra sequamur.**

atque hic successu exultans animisque Coroebus / 'o socii, qua prima' inquit 'fortuna salutis / monstrat iter, quaque ostendit se dextra, sequamur: / mutemus clipeos, Danaumque insignia nobis / aptemus.

Publius Vergilius Maro, *Aeneis*, 2 (O. Ribbeck, 1860, pp.99-100, ll.386-390).

Pars 4, Liber 2, Rubrica 2: De paupertatis proficuo et molestia ac illaudatione diuitiarum (fol.90rb):

Virgilius in georgicis. **Labor omnia vincit / Improbis et duris vrgens in rebus egestas.**

labor omnia vicit / improbus et duris vrgens in rebus egestas.

Publius Vergilius Maro, *Georgica*, 1 (O. Ribbeck, 1859, pp.78-9, ll.145-146).

Pars 4, Liber 2, Rubrica 14: De auaritia cupiditate pecunie (fol.94rb):

Uirgilius eneide libro 3. in principio. **Quid non mortalia pectora cogis / Auri sacra fames.**

quid non mortalia pectora cogis, / auri sacra fames?

Publius Vergilius Maro, *Aeneis*, 3 (O. Ribbeck, 1860, pp.137-8, ll.56-57).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 2: De imperio et potestate et dominatione priuatorum (fol.97ra):

Virgilius eneide libro 6. ad finem. **He tibi erunt artes: pacisque imponere mores. / Parcere subiectis: et debellare superbos.**

excudent alii spirantia mollius aera / (credo equidem), vivos ducent de marmore voltus, /
orabunt causas melius, caelique meatus / describent radio et surgentia sidera dicent: / tu
regere imperio populos, Romane, memento / (haec tibi erunt artes) pacique imponere
morem, / parcere subiectis et debellare superbos.'

Publius Vergilius Maro, *Aeneis*, 6 (O. Ribbeck, 1860, p.365, ll.847-853).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 14: De fama seu estimatione laudabilis et infamia (fol.101va):

Virgilius eneide libro 10. circa medium. **Stat sua cuique dies. breue et irreparabile tempus /
Omnibus est vite: sed famam extendere factis / Hoc virtutis opus.**

tum genitor natum dictis adfatur amicis: / 'stat sua cuique dies, breue et irreparabile
tempus / omnibus est vitae: set famam extendere factis, / hoc virtutis opus.

Publius Vergilius Maro, *Aeneis*, 10 (O. Ribbeck, 1862, p.204, ll.466-469).

Pars 4, Liber 5, Rubrica 10: De molestia et damno amoris venerei (fol.113va):

Uirgilius eneide libro 4. post medium. **Improbe amor quid non mortalia pectora cogis.**

improbe Amor, quid non mortalia pectora cogis!

Publius Vergilius Maro, *Aeneis*, 4 (O. Ribbeck, 1860, p.222, l.412).

Pars 4, Liber 6, Rubrica 2: De viciis mulierum et reprobatione earum (fol.114va):

Uirgilius eneide libro 4. circa finem. **Uarium et mutabile semper Femina.**

varium et mutabile semper / femina.'

Publius Vergilius Maro, *Aeneis*, 4 (O. Ribbeck, 1860, p.233, ll.569-560).

Pars 5, Liber 1, Rubrica 2: De patientia et impatientia (fol.118ra):

Uirgilius eneide libro 5. prope fine. **Superanda omnis fortuna ferendo est.**

tum senior Nautes, unum Tritonia Pallas / quem docuit multaque insignem reddidit arte /
(hac responsa dabat vel quae portenderet ira / magna deum vel quae fatorum posceret
ordo), / isque his Aenean solatus vocibus inquit: / 'nate dea, quo fata trahunt retrahuntque
sequamur; / quidquid erit, superanda omnis fortuna ferendo est.

Publius Vergilius Maro, *Aeneis*, 5 (O. Ribbeck, 1860, p.291, ll.704-710).

Pars 5, Liber 1, Rubrica 7: De mansuetudine ira et furore (fol.121rb):

Uirgilius eneide libro 5. parum vltra medium. **Uim suscitāt ira.**

at non tardatus casu neque territū heros / acrior ad pugnam redit ac vīm suscitāt ira /
(tum pudor incendit vires et conscia virtus): / praecipitemque Daren ardens agit aequore
toto / nunc dextra ingeminans ictus, nunc ille sinistra.

Publius Vergilius Maro, *Aeneis*, 5 (O. Ribbeck, 1860, p.274, ll.453-457).

Pars 5, Liber 1, Rubrica 10: De timore (fol.123vb):

Uirgilius eneide libro 4. circa principio. **Degeneres animos timor arguit.**

degeneres animos timor arguit.

Publius Vergilius Maro, *Aeneis*, 4 (O. Ribbeck, 1860, p.193, l.13).

Pars 5, Liber 1, Rubrica 11: De audacia (fol.124va):

Virgilius eneide libro 10. prope principium. **Audaces fortuna iuvat.**

audentis Fortuna iuvat, / haec ait et secum versat, quos ducere contra / vel quibus
obsessos possit concredere muros.

Publius Vergilius Maro, *Aeneis*, 10 (O. Ribbeck, 1862, p.192, ll.284-286).

Pars 5, Liber 2, Rubrica 3: De belli pressura periculo et euentu (fol.125va):

Virgilius eneide libro 11. ante medium. **Nulla salus bello.**¹ Libro 12. et finalis circa principium. **Respice res belli varias.**²

1. nulla salus bello: pacem te poscimus omnes, / Turne, simul pacis solum inviolabile pignus.

Publius Vergilius Maro, *Aeneis*, 11 (O. Ribbeck, 1862, p.259, ll.362-363).

2. respice res bello varias; miserere parentis / longaevi, quem nunc maestum patria Ardea longe / dividit.'

Publius Vergilius Maro, *Aeneis*, 12 (O. Ribbeck, 1862, p.299, ll.43-45).

Pars 5, Liber 2, Rubrica 20: De audacia: timore: spe: et desperatione et magnanimitate bellatorum (fol.129vb):

Virgilius eneide libro 2. in medio. **Una salus victis nullam sperare salutem.**

una salus victis nullam sperare salutem.'

Publius Vergilius Maro, *Aeneis*, 2 (O. Ribbeck, 1860, p.97, l.354).

Pars 5, Liber 2, Rubrica 20: De audacia: timore: spe: et desperatione et magnanimitate bellatorum (fol.129vb):

Virgilius eneide libro 10. circa medium. **Nescia mens hominum fati sortisque future. / Et seruare modum rebus sublata secundis.**

nescia mens hominum fati sortisque futurae / et servare modum, rebus sublata secundis!

Publius Vergilius Maro, *Aeneis*, 10 (O. Ribbeck, 1862, p.206, ll.501-502).

Pars 5, Liber 3, Rubrica 2: De fortuitis ac fatalibus accidentibus aduersitatis vel prosperitatis (fol.137va):

Uirgilius eneide titulo 10. circa medium. **Nescia mens hominum fati sortisque future.**

nescia mens hominum fati sortisque futurae / et servare modum, rebus sublata secundis!

Publius Vergilius Maro, *Aeneis*, 10 (O. Ribbeck, 1862, p.206, ll.501-502).

Pars 5, Liber 3, Rubrica 10: De laudabiliter morientibus et laudabili mortuorum (fol.145va):

Uirgilius eneide libro 10. circa medium. **Stat sua cuique dies breue et irreparabile tempus
Omnibus est vite: sed famam extendere factis: Hoc virtutis opus.**

tum genitor natum dictis adfatur amicis: / 'stat sua cuique dies, breue et irreparabile
tempus / omnibus est vitae: set famam extendere factis, / hoc virtutis opus.

Publius Vergilius Maro, *Aeneis*, 10 (O. Ribbeck, 1862, p.204, ll.466-469).